

edebant Terumas. Imo si jam essent ductæ, ederet amen illos cibos sacros non poterant, licet ad sacerdotalem familiam pertinerent, sed si expulsæ essent a sponsis, cum adhuc essent sponsæ, poterant in statum legitimum restitui, ut illos cibos ederent; non autem si expulsæ essent postquam ductæ erant, quia sic jam profanæ factæ erant. *Vid. Majm. in libro de Terumis c. 7. §. 21.*

## §. 3.

Ubi simul observari communis error literatorum hominum potest, qui sacerdotibus Hebreorum fuisse datas decimas existimant, cum tamen sacerdotibus Terumæ, Levitis autem darentur decimæ.

## §. 4.

De his Terumis legitur *Deut. 18. v. 4.* Primitias frumenti tui, musti tui, & olei tui & primicias yelleris ovium tuarum dato ei (sacerdoti.)

## TH. XIII.